

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

14.
15.

Hesiodi poete Op

agricolorū liber p Nicolai de Valle conuersus e greco
in latinum.

Magister Gregori⁹ Laticepha

lus de Konitz Lectori.

Ex agro celebres vigentur viuere reges :
Viuat secundo maximus o:bis agro.
Atteritur vomer : tum sudat taurus aratro :
Ut domini digitis aurea dona gerant :
Agricole innumeras ducunt et in horrea fruges :
Cuncta suis pascant oppida pulchra cibus.
Felix diuicias fidis qui congerit aruis
Haud nugis quenq; decipit ille suis :
Sed claros soles : largum iam postulat imbrem
Constanti diuos orat et vsq; prece.
Arum cultus Ascrea natus in urbe
Hesiodus docuit. lector amande legas .

15.

Joannis Honorij: Cubitensis

Prefacio in libri Georgicorum Hesiodi Ascrei

Hesiodus subito a musis factus poeta

Ascrea Hesiodi patria.

Alia translatio
Ascream rus
miser penes
hic helicon
colebat Hy-
berno dixit tri-
ste estu opta-
bile nunquam

Hesiodus fuit poeta antiquissimus: Dicitur filius
ex Pycninde uxore: quem oves patris in Par-
naso monte pascentem musa rapuisse dicunt: ac
poeta fecisse munere calamos. quod Ovidius lib. fastorum
vi. tetigit cum ait Ecce deas vidi non quas preceptor a-
randi Viderat: Ascreas cum sequeretur oves. Idem in arte
amandi Non mihi sunt vise Clio Clusque sorores Ser-
uanti pecudes vallibus Ascrea tuis. Et Virgilius in buco-
lica inquit. Hos tibi dant calamos: et accipe musa Ascreos
quos ante seni: quibus ille solebat Cantando rigidas
deducere montibus oves. Eius patria fuit Ascrea vi-
cus Boetie ad Heliconem: quam ipse improbat: vo-
cans diras hyeme: triste estu: ac nunquam optabile. Qui
dicitur in Ponto Esset perpetuo sua quam vitabilis Ascrea
Alus est agricolae musa docere senis. Unde et ipse Hesio-
dus in hoc opusculo de genitore suo loquens sic ait.
Hic meus ille quidem genitor dum pauper egeret Erra-
bat maria alta secans fluctusque profundos. Ille olim
eolidam Cumam atque ea littora linquens Appulit huc:
non spe lucri commotus auara. Dum opus exerceat in-
uisa urgebat egestas. Ille vagus demum prope tempe
Heliconia sedem Ascreas incoluit celi in regione molesta
Frigore nunc nimio: nunc: intolerabilis estu: Hunc fin-
isse temporibus Homeri ostendit Gellius ex epigrammate quod
apud Heliconem in tripode musis Hesiodus ipse dica-
rat. Hic poeta ad Persen fratrem scripsit librum quem ap-
pellavit opera et dies. Vbi docuit quemadmodum agri-
et quibus temporibus colendi essent. et adeptus est palmas in
medio dicendi genere ut Quintiliano videtur: licet Vir-
gilius eum superasse putet in georgicis auctore Servio
Primum certe Hesiodus metricè scripsisse dicitur de agri-

cultura/ que sola est ex qua questus stabatissimus ho-
nestissimusq; cōsequit̃ - mīneq; inuidiosus - quā Aris-
toteles in oeconomico potissimaz sū naturā possessi-
onū cōmemorat. Quocirca olim Delphicus Apollo
Aglaum Propodiū dixit esse felicissimū : qui parvū
quidē prediolū colebat : s; annuis victibus large suf-
ficiens : ex quo nunq; egressus ferebat̃. Vñ Virgilius
tā vere q̃ eleganter li. ij. georgicorū ait O fortunatos
nimis sua si bona norint Agricolas : quib⁹ ipsa pcul
discordibus armis Fundit humo victū facile iussit̃ -
ma tellus. Et ab Horatio in carmine epodo decentissi-
me dictū est Beatus ille qui pcul negocijs Ut pūca
gens mortalius Paterna rura bobus exercet suis So-
lutus omī fenore. Preterea sine agricultorib⁹ nec con-
sistere mortales nec ali posse manifestū est. Quā ob-
rem qui rura coluerūt piā et vtilē vitā agere credebant̃.
Oīm em̃ rerum ex quibus aliquid acquirit̃ nihil
est agricultura melius - nihil huberius - nihil dulcius
nihil libero homīe dignius. De agricultura igit̃ tam
laudata - tamq; frugifera - scripsere p̃multi. quorū bo-
nā partē Terentius Varro - qui rem rusticā expoliuit
nomiat. Plinius aut̃ li. iij. et Columella li. p̃mo scrip-
bunt q̃ Hesiodus princeps oīm de agricultura prece-
pit. Quem secutus Virgilius in georgico carmine ait
Ascreūq; cano romana p oppida carnē. Scripsit eti-
am Hesiodus Theogoniā et quedā alia.

¶ In libro georgicorū dixit Dimidiū esse plus toto.
Quid p hoc intelligi voluerit - declarat Philipp⁹ Be-
roaldus Bononiensis vir q̃ clarissim⁹ in appendice
annotamentorum in duodeci cesares Suetonij tran-
quilli dicens. Hesiodus in libro cui titulus opa et dies
versum hūc posuit Ignorāt stolidi q̃ toto sit mediū
plus. Dissoluenda questio est : cuius mentionem fecit
Gellius li. 17. noctū acti. nec tñ reliquit explanatū qd

21 ij

Laus agricul-
ture et agri-
colarum

De aglao p
phodio lege
Valerū ma-
ximū li 7 ca 1
et Pliniū li 7
ca 46

Quid itelligi
voluerit He-
siod⁹ cū scri-
psit dimidiū
esse pl⁹ toto.

**Moderatū
melius imo-
derato.**

**Virtutes me-
diocritates.**

**Hesiod⁹ cum
Homero car-
minib⁹ pten-
disse dicitur.**

Hesiodus se dicere sentiat: cū dimidiū pl⁹ toto esse di-
cit: qđ cōmuni plane sensui videt̃ reluctari. Plato li. iij.
de legibus planissime explicat hoc ambagiosus Scri-
bens rectissime dictū esse ab Hesiodo Dimidiū pl⁹ esse
q̃z totū. qñ videlicet totum p̃phendere notū ē: dimidi-
um vō tempate se hz. Hinc intelligi voluit Moderatū
immoderato pl⁹ esse: utpote meli⁹ deteriore. docetq;
p̃cipatū moderate cōstituendū esse: et ad mediocrita-
tē redigendū. Idē li. iij. d. rep. laudās vitā moderatam
tanq̃z optimā. Hesiodū illd sapiēter dixisse cōmemo-
rat Dimidiū pl⁹ eē q̃z totū. Cōsilr Aris. iij. politicianū
dimidiū eē pl⁹ toto docet: ex eo q̃ gubernatō tēperata
durabilior est et melior q̃z impotēs et immodica. Ide-
oq; Phocillides bonis optavit m̃ta. mediocrib⁹ opti-
ma. et ip̃e mediocris esse voluit in ciuitate. Idē Aristo-
teles p̃fitẽr mediocritatē et mediū esse optimū medio-
crisq; fortune bonorū possessionē ait optimā oīm eē exi-
stimandā. Idē in ethicis Virtutes mediocritates esse
trahit. Ex q̃ colligit̃ mediū et moderatū optimū esse in
vita degenda. et pl⁹ q̃z totū appetendū. Nō me p̃terit
aliter ab alijs Hesiodi ṽsum exponi solere. sed hec Pla-
tonica a nobis et Aristotelica it̃p̃tamēta inag̃ p̃bā-
tur: cū eruditiora sint et veriora. Hec ille. Quidā dire-
runt Hesiodū cōtendisse carminib⁹ cū Homero. fuis-
seq; victoriē: qđ indicat tripas posit⁹ ab Hesiodo cum
hoc epigrāmate Hesiod⁹ donū dedit hoc spectabile
masis. Dimidiū cantu cū Calceide vicit Homeriū.

¶ **Finis Prefationis.**

Dio. ii. pontifici maxio Aico

laus de Valle.

I vacat Enea rerum dignissime presul:

Grataq; sunt animo carmina nostra tuo

Perlege que quondam dulci modulatus auena

In Latios ausus vertere Greca modos.

Ascrei inspicies *ἡμέτερά καὶ ἔργα* poete:

Grecia quo quondam floruit Hesiodo.

Hec fuerant (fateor) plectro meliore canenda:

Hic opus ingentij quippe senilis erat.

At quia nonnullos tam magna superbia vates

Elevat: ut nullo greca in honore putent.

Sum tamen hoc ausus bisseptem et quattuor annis

Dum mea labuntur lustra trahente dea.

Sumpsimus et tenues grecoꝝ e fontibus haustus

Mixtaq; cum greco lingua latina fuit.

Quicquid id est ad te vatium clarissime vates

Mittimus: es clario non minor ipse deo:

Suscipe: et Hesiodum placido complectere vultu:

Hic quoq; iudicio stetq; cadatq; tuo.

Heliodi poete Georgicon erga

Ratimerai. i. opera et dies Liber Primus

Terides muse quarū viget inclita cantus

Fama ducū : et vri dec⁹ immortale parētis

Dicite cur hominū pars hec sine nomine vitam

Ducat : et illius cur fama eterna per altum

Quolet. hec Jouis est magni diuina voluntas :

Ille eterū alci tonans summi regnator olympi

Excitat imbelles animos : et fortia corda

Debilitat : duce quo fortuna inimica superbos

Depūnit : atq; humiles clarum super ethera tollit.

Tum mala mens hominis meliorē inclināt ad vsum :

Et cupiunt molles crudelia pectora cultus.

¶ Exaudi quicumq; polo specularis ab alto :

Cui nihil ignotū est : sanctissima dirige iura

Iusticie : liceatq; mihi fraterna monere

pectora : et ignotos viuendi ostendere mores.

¶ Sūt gemine in terris quib⁹ altercantur in vnū

Mortales cause : varia que mente trahunt.

Vna quidē stadium laudabile sedula curat.

Georgicorū Hesiodi

Altera crudeli rerum depascitur haustu :

Bella cupit : pugneq; exercet iniqua. tumultus :

Inuisum atq; atrox pestis genus : hanc tamen ipi

Mortales fugiunt : tandemq; volentib⁹ hanc dijs

Eroptant : nequeuntq; huius cohibere furores.

Illam aut prius obscure genuere tenebre.

Sed fato meliore pater Saturnius illam

Et generi humano et terre radicibus inis

Imposuit : segnes artus et inertia corda

Excitat. alter em̄ segnis cui vita manebat

Alterius spectans cumulos : mora nulla : bouesq;

Jungit : et impresso terram diuertit aratro.

Siue domū curat : siue inserit : alter ad artes

Vicinum vicinus agit. laudabilis hec est

Pugnandi ratio. fugienda sed altera : sub qua

Inuidet aut figulus figulo : aut egenus egeno :

Siue faber fabro : dulcisq; poeta poete.

¶ Hec mea dicta precor toto cape pectore perse :

Nec te cribra foro speculantem iurgia vulgi

Libet primus

Audcet a studijs pugnandi inimica voluntas.
Nemo forum sequitur quæ non fouet annua messis
Et bene clausa domi cereris gratissima dona
Hec querenda prius : dehinc si vacat i pectus vulgus
Et fera in alterius rebus certamina pone.
At non illud ages iterum germane : quod olim
Ausus es infelix. litem hanc data iura resoluent.
Scis quondam inter nos patria est partita facultas.
At tu nil iusta multum plus parte vereris
Teum efferre rapax. corruptus munere inde
Ille tuo est : sub quo tota hec sententia pendet
Ignarus : non nouit enim quæ dulcius / aut quæ
Sit medijs toto melius : seu viuere malua
Vtilius : quantum bulci seu viuere porro
Hos veterum victus occultanere superni
Inq; polos retinent celestes. tempore quorum
Sat fuit vna dies tenui exercenda labore.
Vna quiescenti tibi. dehinc alimenta parabant
Anna. tunc poterant temonis robora fuma

Georgicorū Hesiodi

Exploranda dare : et nulli iuga curua praeiebant
Terga boum : nullum hemiones sensere laborem.
Hos voluit faciles viuendi abscondere mores
Ira Iouis : cum se deceptum fraude Promethæi
Sensit : et illius causa mortalibus auxit
Curarum moles : subreptumq; abdidit ignem.
Reddidit hunc iterum terris : curuaq; latentem
Subripuit ferula cauto puer ille tonanti
Iapetionides iacto qui fulmine gaudet
Lusit fraude sua, subitam tamen arsit in iram.
Hec pater effatus : nubis collector aquosæ
Iapetionide : cuius prudentia cunctos
Consilio excellit : magnum spreuisse tonantem
Arte tua gaudesq; dato mortalibus igne.
Heu nociture tibi : generi nociture futuro.
Tale mali genus excruciam quo pectore toto
Exultent homines cupido sua damna ministrent.
Subiit fatus diuum pater atq; hominū rex
Vulcanum aspiciens : atq; illi talia mandat.

Georgicæ Hesiodi

Vade celer speciem e terra mictoq; liquore
Confice mortalem : cui vocem et robora iunge.
Sitq; ea virginæ celestis imago puella
Quam sibi quisq; velit : dea quā doctissima Pallas
Instruat : et varias percurrere pectine telas.
Adjiciat capiti facilem Venus aurea formam :
Curet ut assidua stimulata cupidine corpus.
Interpres superum victor Cyllenius Argi :
Fallacemq; addat mentem et fallacia verba :
Dixerat : imperio Jovis annuit equa voluntas
Celicolum. exemplis fingis Vulcanæ puellam
Virginis ora deæ similem : quam glauca Minerva
Cinxit : et ex omni fulgentem parte poluit.
Hinc etiam Charites : etiam celeberrima Pitho
Aurea candenti posuere monilia collo :
Effusæq; comas horti de flore coronam
Vernali tribuere deæ. tamen attica Pallas
Illam præcipuo forme decoravit honore-
Et superum interpres victor Cyllenius Argi

Libet Primus

Sallacem attribuit mentem et fallacia verba.
Sic pater altitonans diuino iusserat ore.
Quandoquidē dederat sua munera quisq; deorum :
Mercurius merito Pandoram nomine dixit :
Exitiale malū mortalibus et fera pestis .
Postq; autem tantos confecit Iuppiter astus :
Mercurium ad magnū iubet ire Epimethea : dono
Cui ferat hanc. qui nil veritus : precepta Promethei
Cepit : et accepto nouit sua damna Epimethens .
Nam prius humano generi secura manebant
Tempora : nulla mali species aut cura laboris
Morboūmq; genus : tristē qui funeris atri
Corripuere viam : quibus omnis frangit etas .
Vivere dulce fuit. quadā sed tegmen sub vrna
Dum Pandora leuat : totum exiliere per orbem
Curarum infeste effigies. spes sola remansit
Intus : et e labris ima sub parte resedit
Obstitit impositum nam tegmen abire volenti.
Sic qui fulmen agit nubis collector : aquose

Libet primus

Jusserat. innumere etiam mortale vagantur
Per genus infande : quibus equor et omnis
Terra infecta tunc : morbi noctesq; diesq;
Sponte sua sine voce ruunt. namq; ab Ioue summo
Ablata est illis quæcūq; potentia fandi.
Sic impune parens offenditur ille deorum
¶ Si vacat o frater : si non audire recuses :
Ordine plura canam. genus immortale creatum
Ac mortale simul credendū est. aurea primum
Secula dii superi totum sparsere per orbem.
Tempore quo celi imperiū Saturnus habebat :
Tunc homines diuum vivebant more : nec illos
Anxia curarum moles : operumq; labores
Cassabant : aberat tristi cum mente senectus :
Semper et in valido regnabant corpore vires :
Nulla mali labes : convivia leta placebāt :
Mors similis somno fuit : atq; vberima tellus
Omnia liberius nullo cogente ferebat
In commune bonum : nec quisquā invidie habenti.

Georgicæ Hesiodi

Om̃ felix etas : erat omnibus vna voluntas :
Et taciti letos soluebant pectora in vsus :
Aurea postq̃ hominũ paulatim defuit etas :
His pater altitonans meritos adiunxit honores :
Sub terris habitare dedit : qui numina facti :
Et genus hũmanũ : sancte quoq̃ iura tuentur
Iusticie : tenebris circumfusiq̃ peragrant
Terrarum fines : et opes mortalibus augẽt .
¶ Proxima successit terris argentea proles :
Auro deterior : sensuq̃ et moribus impar .
Tunc sibi quisq̃ sue fecere sub vbera matris
Otia mortales . paulatim adolevit in annos
Ingentiũ rude pũcipium : quo decolor etas
In proprijs etiam laribus rude pectus agebat :
Aucta tamen postq̃ ad summũ peruenerat etas
Viuenti breuius spaciũ fuit . antius ardoi
Curatũ incumbens aderat : quas improba mentis
Gaudia fecerunt : alterna iniuriã nunq̃
Defuit : et nulla in superos reuerentia : nullos

Libet Primus

Sacrorum ritus etas argentea vidit.

Hanc deus extinxit : meritam flammatus in iram :

Postq̃ hominū occultuit argentea secula tellus.

Uō tamen illorum sine nomine vita recessit :

Sub terrisq̃ dei sedes coluere secundas.

¶ Tertia post illam successit enea proles.

Ac nihil argenteo similis : driadumq̃ creata

Sanguine : dura quidē robustaq̃ pectora tendens :

Tota feri misero martis feruebat amore.

Nulla quies illi : nullum ius. durior etas

Ipsō adamante fuit : vultu metuenda superbi :

Cui nunq̃ inuictum robur : fortesq̃ lacerti

Defuerant humeris. tūc erea tela : domusq̃ :

Omnis in ere labor : non ferri emerſerat vsus :

Hec autem proprio proles consumpta furore

Ad gelidi loca nigra dei sine honore recessit :

Æquanq̃ extiterit iuncto robore : ab atra

Morte tamen victa est : solis lumenq̃ reliquit :

¶ Postq̃ aſt occulta est : atq̃ enea corruit etas :

Georgicæ Hesiodi

Quarta fuit soboles melior : cui plurima toto
Iusticie herebant animo precepta verende.
Diuinū genus heroum : primūq; vocari
Semidei : immensos illi potuere per orbes.
Hos insanus amor martis : belliq; nefandi
Ardo : Agenoride septem prope menia Cadmi
Edipode imperij causa consumpsit : et alii
Hos maris undisoni fluctus : cū pergama classes
Argolice peterent. vbi pallida mortis imago
Desuper incubuit : dum iusto vlascitur ense
Tindaris. hos etiā toto diuisit ab orbe
Iuppiter : et vite meliorem tradidit vsum :
Elysiosq; dedit colles habitare profundi
Littus ad oceani : felix et sancta propago.
Hic tibi vernat hum⁹ : vbi dulcia poma quotannis
Ter gremio effundit nutrit vberima tellus.
O vtinam non me quinta cum stirpe creassent
Sata : sed ante mori : seu post licuisset oriri.
Ferrea nunc etas : quam cure et mille labores

Libet Primus

Nocte dieq; premunt. paulatim illius instans
Exitio : sic dijs placitū. sed prospera tanto
Sata etiā venient aliquando in turbine rerum
Nec minus hec infanda hominū delebitur etas.
Cum matura annis illoꝝ tempora cani
Inficient crines. natis nec ut ante parentes
Nec patribus nati similes : nec ab hospite tutus
Hospes erit. sanctū corrumpent fedus amici.
Et furec arma ciens inter discordia fratres.
Vivet honoris inops hominū properata senect⁹.
Nec pudor effractus senio obiurgare parentes
Infelix soboles legem et precepta deorum
Nesciet : invalido non hec alimenta parenti
Iusta suo reddet. quid enī q; iniqua rapaces
Appetet vsq; manus vrbes et menia narrent
Aeterna deleta manu : iurataq; fallent
Numina : iusticie nulli tribuentur honores.
Pulsa gemet bonitas : illū venerabitur orbis
Cui mala mens suadet fera crimina. tota iacebit

Libri primus

Tota quidē orbato tecū reuerentia vultu.
O dea iusticie soboles en improba ledet.
Si probus ullus erit quem contra insurget: iniqua
Voce furens: fictum affirmans. alitrixq; malouū
Inuidia: incedet fatali turbida vultu.
Protinus humanas sedes ascrea reliquet:
Diuā suos pariter tendet reuerentia cur, ius
Ad superos: nitido velataq; corpus amicti.
Nulle recedentes ille mortalibus egris:
Non cessanda tamen: rerum mala semina linquere.
¶ At nūc te moneam: quanq; sapias omnia: iudes
His intende animū sed quid iuuat ista monere?
Stultus: maiori quicunq; resistere tentat
Vincitur: et magno penas subit inde pudore.
Sic ego sum tanq; volucris quam prenderit astur:
Prensāq; sublimes agitur philomena per auras:
Hec dolet infelix vngui transsira recuruo.
Quam contra horribili rapto: sic intonat ore.
Quid misera exclamas: te multum fortior astur

Libet Primus

Te premit : hinc adsis quo te meus egerit ardor :
Et quanq̃ bene suave canas mihi cena futura es
Si lubet : aut dimissa iterum remeabis in auras :
Sic fatus tacuit pennatus et impiger astur.
Tu modo iusticiam cole : nullaq̃ iniuria per se
Tecum habitet : fatale gerit secum illa. nec illam
Vllus amat nisi mens cui vilis et improba surgit.
Vir bonus hanc inferre timet : quam si intulit acti
Penitet : et magno contristat corda dolore
Est via iusticie melior : qua vincitur omnis
Omnis ad extremū veniens iniurius ardor.
Quid dicam q̃ nunq̃ aliquid dementia noscit
Tū modo passa pius. si quis male iura ministrat
Peierat : et tandem dementi panditur error.
Erripe iusticiam. corruptus munere iudex
Ius violat : dolet hec et nulli visa per urbem
Tristis it : et lachrymans penam mortalibus orat
Qui violant iura : et recti sacra federa rumpunt.
Verum vbi iusticie sancti seruantur honores.

Georgicorū Hesiodi

Iudicioq; pares et ciuis et aduena pendent :
Urbs viget : augetur soboles : pax leta vagatur :
Pax iuuenum nutrit : nunq; his fatalia bella
Preparat altitonans : nullis in rebus egestas
Imminet : inuenq; nulla est offensio : dulci
Quos innat interdum genio alleviare labores :
Terra quibus large fundit sua semina : et alte
Montibus innate mittunt sua munera quercus
Glandifere in summo : media tamē arborescunt
Undiq; apum ingentes acies : vestemq; ministrant
Lanigere pecudes : per se magis omnia florent .
Non his externas merces vehit ardua puppis :
Omnia dat tellus. quid em̄ q; iuncta marito
Et patribus similes emittit femina partus ?
Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris :
Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis.
Sepe subit penas plebs tota miserrima tantū
Unius ob noxam : pestis furit atra per urbem :
Et male suada fames : paulatim deficit omne

Georgicæ Hesiodi

Vulgus : et euacuos ostendūt tecta penates.
Semina nulla parit. sic seuit Iuppiter erga
Quos male facta iuuant : qui si modò forte cruentā
Militie exerceant studium : mora nulla : sinistro
Marte cadunt. vel si potius iuuat ire per altum :
Illorum in medio submergitur obruta puppis.
¶ Vos igit̃ qui iura datis conuertite mentes
Ad tales hominū penas. diuina potestas
Mortales circumuolitans videt improba quorum
Iudicia emergunt multorum in damna : deumq;
Ignorant monitus : genus hū mortale pererrant
Innumeri : tenebris circumfusiq; tuentur
Iusticie sacra iura : domant genus omne malorum
Illa quidem virgo est supero Ioue nata parente
Nominē clara suo : cetūq; verenda deorum.
Quā si quis violet : lachrymans sua fata : parentis
Ite Iouis antepedes : et lamētabile fundens :
Humanos queritur mores : ac debita poscit
Supplicia in populos. tu iudex causa malorum

Georgicorū Hesiodi

Qui violas sacra iura Dee : iam dirige mentes :
Jus cole : in alterius te nulla pecunia vertat
Damna : nocet sibi qui cuiq̃ nocet : et male sudet
Ille sibi : in quenq̃ si quis male iura ministrat.
Cuncta videt pater om̃ipotens : et qđ mihi tecū est
O iudex : modo si lubeat : speculatur ab alto :
Nil latet hūc : aut hoc q̃les tribuantur honores
Justicie in populo. quam non ego pectore toto
Nec mea progenies coleret : postq̃ orbe sub isto
Spreta iacet bonitas : et ius iniuria vincit :
Inuito Ioue ni fierent. hec accipe frater :
Hec animo meditare : iniustum pone furorem :
Jus quoq̃ frater ama : sine quo genus om̃e ferarū
Credimus alterno certatim corpore pasci.
At nos instituit vite melioris origo :
Jura dedit pater om̃ipotens : ea pectore toto
Si quis habet : decus : eternum : pia premia reddet
Iuppiter affligit si quis pro teste vocatus
Peierat : ac merito pensatur culpa nocentis

Libet primus

Supplicio. offendens ius ille offenditur una :

Et quo obscura quidē : nulli quoq; cognita surget

Posteritas. iusto de sanguine nata propago

Clara caput tollet : patrio seruata decore .

¶ Hec quoq; que referam stultissime concipe frater :

Qui facile innumeras vitiorum amplectimur artes

Haud p̄cul illa habitāt. brevis est via q̄ sic eundē

Est via virtutis contraria : sudor anhelus

Hanc sequitur : que se scopulosis ardua clunis

In longum prorumpit iter : riget aspera pūno

In gressu : leuis est postq; cacumina tanges :

Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro :

Prospiciens rerum fines meliora sequuntur

Dignum laude virum parentem recta monenti

Credimus. ille tamen sibi qui non consulit : aut qui

Alterius precepta fugit : vir inutilis extat.

¶ Ergo age frater ades generoso e sanguine Persē :

Non fuge fraternos monitus. operare laborem.

Iam deat tibi dira fames : spicaq; recenti

Georgicorū Hesiodi

Alma ceres ornata caput sua dona minifret :
Sit tibi plena domus. segnem crudelis egestas
Opprimit : hunc homines odio superiq; sequuntur
Torpenti similem fucos : cui spicula surgunt
Horrida : distensumq; fauis consumit edendo
Semen apum : piger ipse sedet : vitatq; laborem.
Tu modo curā operi : quantū potes : adūce frater :
Hoire sic rumpunt messes : sic copia rerum :
Sic pecus augetur : sic tu mortalibus aut dijs
Gratus eris. segnes animos et inertia corda
Oderunt. operi laus est imponere curam :
Turpe sed huic prohibere manus. incumbere labori.
Sorsitan ad studium torpentia pectora vertes
Dum partas ostendis opes. virtutis adeptus
Nomen : et eternum laudis decus. vtere queso
Arte : para victum : violare aliena nefandū est.
Sed superis equandus eas. incumbere labori :
Nec pudeat. pudor hic multos inhonestus egentes
Secum habet. auget opes fiducia : q̄ melior res

Libet primus

A superis : nō vi. proh rerum insana cupido :
Proh animis infusa lues. iam nulla pudoris
Cura : iacet passim longe post terga relictus :
Tu coleris : duce te paulatim cornit ille
Dīs inuisus homo : cui mens intenta rapinis
Inuigilat. neq; enī semp felicia durant.
Nec minus omnipotēs penis affligit eisdem
Qui seruum offendit : vel qui sanctissima frangit
Sedera amicitie : seu qui cum coniuge fratris
Non pauet infandos coitus fraternus adulter :
Vel qui in pupillos audet vim ferre nefandam :
Vel qui in longeuum confecta etate parentem
Horribili voce insurgit : vir abstinet illi
Verbera : non impune tamen : stat pena nocenti
Post obtum. deponere igitur tam falsa superbe
Mentis consilia : et melioribus utere queso .
¶ Tunc pio venerare deos : his tempore in omni
Et munde et pure liba : cum clara nitescet
Sole dies : aut cum nox circumfusa tenebris

Libri primus

Abscondet terras : casto torrenda sub igne
Hostia mactetur : hymnos cane : tura ministra
Ut tibi dii faueant : immensaq; copia rerum
Hinc tibi nascatur : multis ut egentibus ipse
Subuenias : non ut viuas germane rapina.
¶ Conuiuas inter si vis discumbere : amicus
Nō hostis veniat. primū vicinia. nam si
Aduersum quicq; acciderit : de morte repente
Primū illa accurret. que si sine vestibus esset
Tuda etiā veniet : quod nō tibi sanguine iunctus
Non aget : iste sibi vestes et omnia ponet.
Improba damnosa est vicinia : sed proba si sit
Vilis : hec igitur cupienda est pectore toto
Tanq; laudis opus. neq; enī lamenta refundes
Amisisse bonam proba si vicinia tecum est.
¶ Acceptum metire : et eodem pondere redde
Vicino : tibi ut hic iterum succurrat egenti.
¶ Res male parta mala est dānosaq; : semp ab illa
Ergo caue : ne te vincant in amore sodales

Georgicorū Hesiodi.

Illum adeas qui te. fac mutua munera reddas.
Sponte datum capias : scelus est letale rapina.
Quicumq; (et si magnum) aliquid largitur amico
Letatur. quicumq; iacit de fronte pudorem.
Et rapit alterius quicq; :intima turbat amici
Visceraq; et mentem. cui vis illata rapine.
¶ Abde parum paruo. paruo superadde pusillum
Siet et hoc magnum : infelix pelletur egestas
Si modo rem cumules : hominē nec lebit habere
Cuncta domi : nocet esse foris. q; dulce bonumq;
Presens accipere : atq; absente carere molestum est.
Tunc bene potandū cum plena effundit ab aluo
Vina cadus : tunc parcus eris cum parte lyens
Defluit e media : sed cum declinat ad iunum
Spumantes iterum cyatos et pocula sume.
¶ Quicquid polliceare homini seruetur amico.
Si quicq; cum fratre tibi est testem adijce rebus
Subridens : nocuit non credere : credere semper.
¶ Neve tuam alliciat meretricis caue femina mentes

Libet Sc̃s

Rem totam vorat illa : nimis dum blanda videtur

Hec q̃z damnosum mulieri est fidere cuiq̃z.

¶ Rem patris acceptam melius fouet vnic⁹ heres :

Auget et hanc. at tu plures in morte relinque

Ex te ortos : nam plura pater Saturnius illis

Atribuet. sed te si cecus tangit habendi

Ardoz adhuc : fragilisq̃ placet tibi gloria rerum

Hec age que moneam : et varios operare labores.

Libet Sc̃s georgicorū hēliodi

Vm celo emergūt sublimi ad atlantide nate

Pleyades- truncanda ceres : morientib⁹ illis

Mitte in aratra boues. latitare ea sydera dicunt

Viginti- totidemq̃ dies : annoq̃ voluto

Apparent iterum : maturam incidere messē

Rursus et incipiunt dentata falce colunt.

Hanc legem agricole- atq̃ habitantes littoza seruant

Aut qui pingue solum- vallosq̃ tecta tenerent.

Nudus ara : nudusq̃ sere : et mete corpore nudo :

Si tempestiuos agrorum ducere cultus :

¶ ¶

Erigoicou Heliadi.

Angerique illos magnis successibus optas.
Vene aliena roges interdum pauper egenus.
Et si ad nos supplex iterum fortasse redibis
Non iterum dabimus. iuuat exercere labores
Improbe (quos inter mortales diua potestas
Sortita est) ne tristis inops cum coniuge mesta
Aut cum natorum misera comitante caterva
Victum a vicino rogitas. dare negligit iste
Bis seu ter fortasse dabit: dehinc si petis ultra
Proficies nihil: at tu plurima verba refundes:
Orabisque iterum: frustra tamen, artibus ut te
Jampudē admonui inuigila: atque incumbere labori
Dura fames procul hinc abeat. tua debita solve.
Impuimis tibi conde domum: precioque ministram
Dehinc eme: quam possis custodem adiungere bobus
pone domi toto quantum tibi sufficit anno.
In rebus spes est alienis irrita: nam si
Hic dare forte neget: tu semper pauper egebis.
Tempora labuntur: operum quoque deficit usus.

Libet Scds

Ad cras rem differre nocet : nūq̃ horrea nunq̃
Implet intersant qui tempus pducit. habenda est
Cura operi. turgescet opus : mala mille molestant
Affliguntq̃ hominē cui segne et inutile corpus.
¶ Cum bene se posuit rapidi vis ignea phoebi :
Ac pater omnipotens secundis imbribus ether
Defilit in terras : et languida membra resumunt
Iam pudē amissas estiuo in tempore vires
(Nam breue sol hominū supia caput astat ab alto :
At de nocte magis currus exercet agendo)
Tunc operum multo ante memor : discinde securi
Siluam incorruptam : tunc germina desinit arbor
Sundere datq̃ suas volitare per aera frondes :
In tres tende pedes mortaria : contineat tres
Pistillus cubitos : pedibus quoq̃ confice septem
Temonem : qui si fuerit protentus in octo
Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus :
Palmarumq̃ trium rota sit. varijsq̃ repone
Ligna efficta modis : validamq̃ in montibus altis

Georgicorū Hesiodi.

Quere : vel effuso campi super equore : pinum :
Ac stiuam compone manum qua firmet arator :
Temonem cuneis dentaliq; alliget imo :
Torqueat et fortes illa durante iuuenkos.
Binaq; praeterea tectis seruentur aratra
Sic melius. nam si casu discindit vnum :
Restat adhuc aliud : validos agitare iuuenkos.
Temonem ex vlmō seu viridi confice lauro :
Stiuā sit ex pinu : dura dentalia quercu.
Duc in aratra bonem nono qui viuat in anno :
Apta etas operi matura est : franget aratrum
Bos iuuenis : minitans iuuenili praelia cornu :
Et rixam exaenans : opera imperfecta relinquet.
Quere quater decies annorum etate bubulcum
Quadrifidus panis et ofellas cesus in octo
Sit abus huic. recto sulcabit vomere terram
Si maturus erit. studium intermictet arandi
Iunior : aspiciens pares etate colonos
Ibit ad hos ludos quos ciet lasciuia iuuentus.

Liber S^{extus}

Ergo non melior iuuenis : nec semina verse
Sparget humi quantū terre mensura requirit.
¶ Contemplare etiam cum grus e nīubus altis
Assiduos agitat clangores : nūnciat imbrem
Venturamq; hiemem : tempusq; indicit arandi :
Angit et illius mentem cui nulla boum spes,
Tunc redeant feni plena ad praesepia tauri :
Tunc proprios operare boues et plaustra, sed inquis
Non habeo : dabit hic, facile est petere atq; negare,
Mentis inops alius, quid enī componere currum
Tunc volet ignarus : non nouit quantus in illo
Sit labor : et centum compagibus insita ligna,
Quae debent multo ante domi prouisa reponi.
¶ Preterea enim tempus adest rescindere campum
Sortius insistas operi : exercere ministros,
Nā vertenda duplex tibi sicca atq; humida tellus,
Vere nouo veniant celeres ad aratra iuueni :
Sertilis et feruens culmus procumbat arista.
¶ Nā te decipiat cum semina colligit etas,

Georgicorū Hesiodi.

Sit noua cui studeas tellus : nec arata quotannis.

Terra recens large natis alimenta parabit.

¶ Plutōnem imprimis venerare : atq; annua sacre

Vota refer Cereri : cum siue innixus agendo

Incipis exercere boues : stimuloq; fatigas :

Sic immensa tibi surgent cerealīa dona.

¶ Semina cum terre committis pone sequatur

Seruulus : atq; auibus rastro sata leta recondet.

Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.

Leditur aduerso qui negligit omnia fato.

¶ Si sit pingue solum : grande inclinatur ariste :

Selicesq; operum successus a Ioue summo

Hinc capies : neq; sub tectis extendet arachne

Sila : sed immense replebūt horrea messes :

Tunc gaude : et cani florentia tempora veris

Letus agas : cum te incassum crudelis egestas

Aspicit : et parto turget domus : atq; aliena

Re tibi non opus est : tua pluribus adiumentum.

¶ Sit sterilis tellus medio versata sub aestu.

Liber Scdus

hincq; solo residens imas falcabis aristas
Aversos religans culmos : tenuisq; sequetur
Spes vite : pauci te mirabuntur : ab agris
Parua sub exiguo referentem farra canistro.
Difficile interdum mutabile noscere tempus :
Mobilis et varia est alti natura tonantis.
At si tardus aras : tardus tibi solus aranti.
Afferet auxilium si largis imbibus ether
Tres noctes totidemq; dies non cessat ab alto
Donec repleat validi vestigia tauri.
¶ Tempore quo querna residetq; sub arbore coccyus
Exululat : gaudentq; hominum mortalia corda
Vere sub aprico sit tardus forsitan eques
Qui tempestiuo diuertis vomere terram
His intende animum : nec flouida tempora veris
Te lateant glacialis hyems tibi cognita surgat
In qua incumbendū est : nec te vlla taberna morēt
Aut narrata loco sub aprico fabula tardet.
Dum frigent alij : vir rem tamen impiger auget.

Georgicorū Hesiodi.

Surge igitur : nec te paupertas opprimat illo

Tempore dira fam es tennes facit esse lacertos :

Glatosq; pedes : et crura tumentia multo

Sanguine. segnis inops et spe suspensus inani

Inclinat mentem sceleri : et meditatur iniquos

Vnde paret victus. hominē spes nutrit egentem

Irrita cui nihil est et tota luce vagatur.

¶ Dum media elapsa est estas : properate ministri

Condite dic casulas : nam semper non erit estas.

¶ A Jano mensem dictum caue : nubibus ille

Letalem bobus glaciemq; et frigora ducit.

Tracius insurgit boreas : et turbine facto

Disturbat maria : ac comas : siluamq; sonantem :

Altiomas quercus : annosaq; robor a pinus

Dicunt ex alto : et valles iaculatur ad imas.

Silvarum auditur fragor undiq; sed fera duos

Arrigit ipsa pilos : caudamq; in cruribus angit.

Quinetiam quibus est villis densissima pellis.

Perforat ille quidem : setosaq; pectora transit :

Libri Sids

Nec se defendunt dura sub veste iunenci :
Et misere algescunt hirsuto crine capelle.
Vincit ouis boream instantem : fultorq; repellit
Tegmine lanarum : sed non obsistitur illi
A senibus : curuo facit hos incedere collo.
Nec tamen ad teneram penetrat boreale puellam
Frigus : at illa domi cui nondum nota libido
Matris apud care gremium sedet : atq; hyemales
Non sentit glacies : et tota nocte quiescit :
Atq; oleo teneros interdum perluit artus.
Tunc polipo durum est gelidis habitare sub undis.
Nec videt unde sibi venetur in equore predam :
Allenietq; famem : proprios tum deniq; in artus
Vertit atrox rabiem immensam. sic imbribus atris
Turbatur mare : sic atra caligine celum.
Sol quoq; ad ethyopas radios et lumina fundit :
Rarus apud graios. fugiunt animalia curui
More senis valles imas : et dente trementi
Concava saxa petunt nemonum tenebrosaq; tecta.

Georgicorū Hesiodi.

Tunc quoq; ne noceant hyemes tibi: protegat artus
Mollis lena tuos: cui texta ex ordine recto
Pauca sed aduerso ducantur plurima fila:
Sitq; ea crure tenuis: vetat hec per corpora setas
Surgere et instanti prohibet durescere vento.
Tegmina sint pedibus tauroum e pelle cothurni:
Ne nocet hos inflare pilis. ut frigora vincas
Hedorum teneras neruo bouis insue pelles
Ac dorso suspende. tegant capita alta galeri:
Ne madeant aures borea spirante cauendum est
Frigoribus. tunc ros celo diffusus ab alto
Intus alit cererem sacros operumq; labores.
Ille quidem vi ventorum e fluminalibus undis
Tollitur in sublime: et matutinus in agros
Desilit interdumq; expectat tempora noctis.
Interdum borea nubes agitante procellas
Vertitur in ventosam hyemem fuge prouidus illā:
Acceleretur opus: pete tecta obstantia ventis:
Ne forte obscuro nebularum infusus amictu

Libet Secundus

Immadeas : largosq; imbrēs pluāt humida vēstis
Pasēna tunc carpant : q̄uis nō pingua : tauri-
Quippe arbor levis : et longa sub nocte quiescunt :
Nutrimentū ingens. vobis vberima mando
Agricole : faciliq; diēs transire labore.

Hec seruanda tibi donec nox equa diebus
Atq; iterū satio committit semina terre :

¶ At dum sex decies sol arduus occidit vndis.
Zibetum post solstitiū : sacrosq; relinquens
Oceanī fluctus : sublimi arcturus olympo
Exoritur : p̄mū cupit splendescere sydus-
Tunc vites incide : noui neq; nuncia veris
Antiquos iterans questus p̄cedat hyrundo.

¶ Dum tamen immensos effundit pleyas estus :
Profiliensq; vmbrosa petit plantaria limax
Tellure e sicca : tunc vinea nulla ligonem
Senciat : accelerent vncata falce ministri
Maturam in segetem. nec te pulcherrima tempe
Detineant segnem. matutiniq; sopores :

D iij

Erorgitorum Hesiodi

Eia age rumpe moras : pelle ocia segnia : pelle
Dum vocat alma ceres : robustaq; collige farra.
Pone domi toto quantū tibi sufficit anno :
Mane operi assurgens : operis pars tertia mane
Conficitur : labor haud gravis est. de mane viator
Longum linquit iter : taurosq; exercet arator.
¶ Preterea sua dum stolumus florentia mittit
Germina : et in ramis dulces resonare cicade
Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis :
Sit capra tunc mollis : tunc sunt dulcissima vina :
Seminaq; vrenti Veneris purigine corpus
Appetit insanos coitus : lassantur ab estu
Membra virum : tantūq; potest vis ignea solis :
Tunc licet ardores gelida relenare sub umbra
Fontis ad apices latices : semperq; fluentis
Murmur aque : faciles quam circum leniter aure
Aspirant : zephyris plerūq; agitantibus illas.
Hic hilares letus cyathos : et pocula sume
Rutilina : ter infusa magis que temperet unda.

Liber Secundus

Hic tibi ab uberibus caprarum caseus adstet

Que nullos pascant fetus : hic lactea liba :

Hic tibi siluestris ponatur caro iuvence

Que nondum enixa est. hic mollior hedulus adsit.

Et iaceas saturus patula sub tegminis umbra.

Surge tamen celo cum fulget orionis astrum :

Tanpus adest : Cereri sacras terat area fruges

Ad ventos posita : atq; ingenti equata cylindro.

Nec nisi libate ducantur ad horrea messes.

¶ Postq; aut satis ad victū tibi cōtulit estas :

Continuo : cui nulla domus sit : quere ministrum:

Adde etiā ancillam que sit sine prole : molestum est

Et graue seruitium illius quā cura remordet

Platorum. blandire cani : panemq; ministra :

Peruigil ante fores sedet ille : domumq; tuetur

Dente rapax : furig; altis latratibus instat.

¶ His propere exactis : fenum paleasq; reconde

Remiones quantū satis ac nutrire iuuenkos.

Inde laboranti requies prebenda colono.

Georgicorum Hesiodi

Tempus et exhaustis pariter iuga demere tauris.
¶ Dum tamen in media celi statione refulget
Syrius: orionq; loco splendet eodem:
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum:
Tunc uas tenero abscondens de corpore matrum
Per bisquinq; dies tenero sub sole iacentes
Pande: dies etiam molli stent quinq; sub umbra:
Dehinc torque: capiant vegetes iocunda lyei
Munera, sed sydus cum deficit orionis:
Pleyadesq; hyadesq; cadunt: meminisse iuuabit
Protinus impresso subuicere vomere terram.
Stat tempestiuo cuncta exercere labore.
¶ Sicamē infestum iuuat ire per equos: et alta
Puppe vehi: moneo ne quando ab atlantide natus
Orion insequitur: totoq; excludit olympo.
Ut videas illas medio submergere ponto.
Nauigio incumbas: mare tunc tollentibus curis
Obscurum undosus iaculatur ab ethera fluctus.
Tunc igitur iaceant religate ad littora puppes

Libri Quinti

Saxorum obnixe obicibus: ne forte ruentes
Discutiant venti: pateat pars ima carine
Ne pluuiam excipiens putri marcescat ab imbrie.
Instrumenta domi naualiaq; arma quiescant
Pensa: gubernandiq; exploret robor a fumus.
Interea Ceresis sacros operare labores:
Nec prosus fugiendus ager: labatur in altum
Equor: amica ratis dum non magis vnda tumescit
Nec reflunt vasto sublati gurgite montes:
Vadat onusta tamen censu reditura superbo.
¶ Sic meus ille quidem genitor dum pauper egeret
Errabat: maria alta secans fluctusq; profundos.
Ille olim aeoliam Cumam atq; ea littora linquens
Appulit huc: non spe lucri commotus auara:
Durum opus exercere inuisa urgebat egestas.
Ille vagus demum prope tempe Heliconia sedem
Ascream incoluit: celi in regione molesta:
Srigore nunc nimio: nunc intolerabilis estu.
¶ Tempore quosq; suo iuuat exercere labores.

Georgiorū Hesiodi.

Navigium ante omnes : cuius si te vlla remordet
Cura : placetq; altos sulcare per equora fluctus.
Dum faciles spirant venti : et furor ille quiescit
Ne te inuisa fames alieno viuere parto
Cogat : et inuitus multorum debitor extes)
Vade : nec in cymba : sed te vehat ardua puppis.
Ingentes referant census ingentia mercis
Pondera. preterea que sint aptissima nautis
Tempora narrandū est / q̄zq; mihi parua p vnda
Vita fuit : virq; ex illa tamen Nilude cursus
Littus ad Euboeū : sub qua omnis grecia quondā
Dum pelago defuit hyems / conuenit in vnum :
Et merito infandos fatum iuratur in hostes.
Inde mihi placuit non longe ad Calceda cursus :
Huc ubi magnanimū gen⁹ Amphidamantis achiui
Constituunt populis certamina : et inclita quondā
Munera defuncti ponunt in honore parentis.
Hic ego me dulcis referentem premia cantus
Auratos memini tripodas : quas sponte dicaui

Libri Scdus

Musarum ante aras quibus antra Heliconia cure-

Ille ubi me primum dulcem docuere poesim.

Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit.

Dicam aliquid tamē et varios pandā etheris vsus :

Hec etiam nobis aspirauere camene.

Equora tuta legant instructo remige puppes

Cum decies quinque est series exacta dierum

Æstiuum post solsticiū et iam disiciat estas :

Nam neque tunc classes medio nec nauita ponto

Obuiatur : ni forte velit Iouis alta potestas

Aut deus : ipsarumque parens Neptunus aquarum

Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.

Ut lenes spirant zephiri tranquilla quiescant

Equora : tunc celerem ventis commite carinam :

Vadat omista tamen. reditum properare memento

Quā prius ipsa nouos fundunt vineta liquores :

Autumnūque imbres : et hyems infesta procellis :

Aut notis insurgat pluuia rorantibus alis :

Incumbatque mari : totūque enoluat ab imo.

Georgicorū Hesiodi.

Exercentq; etiam studium nauale sub ipso
Vere nouo : cum se tam latas arbor ab alto
Induit in frondes-quantum vestigia comix
Pandit humo depressa : silet tunc nabilis vnda.
Ast ego nauigium graue tunc semperq; molestum
Crediderim : hoc nature homines lenitate nefanda
Subtrahere : agitant diuersa pericula fluctus.
Et tamen ire placet : quanq; mors dura sub vndis
Diuitie sunt vita hominum-atq; insanus habendi
Ardor. ad hec animum germane intende parumper.
Concipe fraternos monitus-maria alta secando
Sac tecum ne cuncta vehas : maiora reserua.
Nec nimis est oneranda ratis : sit ponderis equi
Quicquid in hac durum est aduerso occurrere fato.
Fluctibus in medijs : currus discinditur omnis
Si grauius superinstat onus. seruare memento
Mensuram in rebus-et idonea tempora ad vsus.
¶ Cum prope ter decies tibi vita elabitur annos :
Connubium maturum aderit.decinumq; puella.

Libri Scis

Exigat et quartū : sed quinto nubat : et illa

Virgo sit : atq; habitet prope te/ cui sedulus abstes :

Sedulus inspicias artemq; vsumq; puellæ.

Hec age : ludibrio ne te vicinia cantet.

Coniuge nil melius casta : nil turpius illa

Que venterem parit sine finte et prostat ad omnes :

Semper et exitio superimminet illa virorū.

¶ Nemo etiam fratris in amore equetur amicis :

At par si quis erit sit amandus tempore in omni

¶ Nulla ex te inceptum fedus discordia soluat.

¶ Mentiri scelus est : prestat compescere linguā.

¶ Infandam si vim tibi quisquam inferret amicis

Aut ore aut manibus : surge et vlciscere : redde

Redde vicem duplicem. q; si illum penitet acti

Ac penam implorans iterum te exoptat amicum :

Suscipe vile quidem est hoies noua querere semper

Sedera amicicie. multos si frater amabis

Non laudo : nullos etiam : medium sit in isto.

¶ Si tibi corda tument vultus non indicet iram.

Georgicorū Hesiodi.

¶ Turpe sequi sceleratum hominē. male dicere cuiq̃
Infandum est : qui iam vita laudatur honesta.
¶ Nunq̃ a te nunq̃ misera obiregetur egestas :
Diximū bonū est. diximq̃ eterna voluntas.
Illa quidem que sepe viri sublimē molesta
Impedit ingenimq̃ vetat super alta leuari.
¶ Qui loquitur parce. linguam nec in omnia soluit :
Thesaurum prese gerit ille : ea gratia magna est
Ut linguam moderes. pensataq̃ verba loquaris.
¶ Si quenq̃ verbo ledes : lederis et ipse.
¶ Grata in amicorū venias conūlta sumptu
Cōmuni : dato particulam : gratissima sunt hec.
¶ Acre Joui vinum : seu dijs de mane cauendū est
Illota libare manus : cum vota precando
Incassum fundes nulli exaudita deorum.
¶ Solis ab aspectum nec quenq̃ mingere fas est
Nocte sub obscura recto neq̃ corpore nudo.
Vlor quia sacra deis : media nec credimus ille
Pesse licere via : ni declinetur ab illa :

Libri S^{ci}

Esse etiam vetitum diuis : vir et omnia noscens
Herens parietibus sedet atq; exponit urinam.
Intus ubi orbate tenuis latet angulus aule.
¶ Nec coitus polluta sacros genitalia pandas
Ante ignes. neq; cum dulci tibi coniuge prestet
Concubitū vt generes. dum mesto a funere tristi
Mente redis : superum sacra seruetus ab ara.
¶ Credimus inuisum superis semperq; molestum
Qui natat assiduo labentia flumina cursu
Quā prius ablueritq; manus - pia vota precesq;
Suberit : ante ipsas supplex orauerit undas.
¶ Infandum ante aras ungues incidere - cum dūo
Sacra facis. scelus est cyatos imponere vasi
In quo vina latent : sacros operare lebetes.
Nil tibi cum in sacris etiam hinc lanisse nefandū ¶
¶ Perfice tecta prius q̄z comit garrula ab alto
Nunciet atram hyemem : ruit hec inimica procellis
¶ Sac sedeat bisse : quibus etas exigit : annos
Aut totidem menses natorum chara propago
Sede sub instabili : iuuat hoc : omnemq; repellit.
E ij

Georgicū Hesiodi.

Segnitiam : facit esse agiles / et ad omnia promptos
¶ Sedum et turpe virū est thermis mulierib' uti.
¶ Hoc prorsus fugiendum etiam / stat talib' atrum
Supplicij / ante aras superū obiurgare : nefandū est
Sacra ministeria ac divinos spernere cultos.
¶ Nec licet in fluuiis / neq; fontis mingere in undam
Est quoq; turpe aliud vetitum. fuge pessima fame
Nomina. fama malum facile in sublime lenatur :
Est graue sufferri nimij / nimijq; molestū :
Difficile ut taceat : nunq; delebitur illa
Sedula que varias populi penetravit ad aures.
Est dea fama quidem : sunt ipsi numina fame.
¶ Sit tibi preterea series seruanda dierū .
A Ioue nate oēs : sunt a Ioue tempora nata.
¶ Vltima mensis erit nullo exercenda labore:
Hac genio utendū est : illa omnes festa per vrbes
Ducitur : illa forum claudit : neq; iura resoluit.
¶ Prima notanda dies / et quarta / et septia : prima
Natus Apollo die radiantia lumina fudit.
¶ Luce domum quarta felix ducenda sit vxor .

Libri S^{exti}

Omine captato : sunt omina prospera rebus.
Et licet incuruam trabibus componere nauim.
¶ At quitam fuge : nanq; illarum pallidus oculus
Tum dire eumenidum facies toto orbe vagantur :
Castigant si qua in terris periuria falsum
Affirmat : que lis alterne agitata creauit.
¶ Sextadies tristem ostendit mulieribus ortum :
Zeta uiris : multiq; etiam nascuntur in illa
Quis mala mens : fallax animus : fallacia verba :
Et qui concubia exercent arcana per artem.
Hac ouium fetus licitum castrare : vel hedos :
Et licet infra pecudes circumdare mandra.
¶ Scandimus octauo forti genitalia tauro :
Castramusq; sues. ¶ felix est ponere plantas
Nona : uiros gigni : vel amica sorte puellas.
¶ Luce uiris decima faustos quoq; credimus ore.
¶ Unaq; post decimam felix incidere uites :
Et tempestiuam segeti supponere falcem
Hec curat. ¶ bisferta etiam felicioz illa
Stamina et ex alto tenuissima torquet arachne ;

Georgicorū Hesiodi.

Ingentem accumulans formice farris aceruum :
Et iuvat arguto percurrere pectine telas :
Tunc quoque siluestres licitum castrare iuuentos :
¶ Tertia post decimā plantaribus optima surgit :
Spargere semen humi : pallet contraria semper .
¶ Quartaque post decimam mulierū prospera natus
Ac prius domitare boves : validosque labori
Hemiones : canibus faciles adiungere cultus
Et lenire manu : pecudique imponere mores :
Atque aperire cados et dulcia fundere vna .
¶ Sextaque post decimā plantaribus inuida surgit :
Opportuna viros nasci : sed iniqua puellas
Aut nasci : aut talomos petere atque herere maritis
¶ Septima post decimā Cereris torat oves sacre
Ingentemque licet ferro discindere silvam :
Ac varias aptare trabes quibus ardua tecta
Moliri aut struceam possis agitare earinam .
¶ Nonaque post decimam felix est cū dea surgit
Lucea : sed medium celi cum venit in orbem
Sit gravis : ex media ad finem letissima fulget .

Liber S^{ms}

¶ Proxima lux sapientem hominē divina creandi
Insigni viget officio. ¶ nec luce dolendum est
Post illam quarta : leta est ea : leta trahantur
Gaudia. ¶ quita dies post hāc iuga curua iuuentis
Ponit : et hemiones et colla exercet equorum :
Atq; veliuolas deducit ad equora puppes :
Et nona componit dulci sua vasa lyco :
Quam pauci nouere et recto nomine dicunt.
¶ Sunt harum humano generi seruanda dierum
Tempora : quippe illud magnis successibus augent
Sunt alie ancipitesq; tamen sine mente : neq; vllō
Officio excellunt : hanc alter laudat et illam.
At paucis natura illarum cognita surgit :
Nam tunc ipsa dies totū complectitur orbem
More pie matris : sive modo more nouerce :
Tunc fulget : nunc atra latet. felixq; beatus
Ille quidem fertur. que dñs cui cognita sunt hec :
Omniaq; inspiciens rerum se exercet ad vsus.

¶ Finit georgicoꝝ liber Hesiodi Alciro poetæ an-
tiquissimi : e greco in latinū p Nicolau de Valle tra-
duct⁹. Lipsiæ p Jacobū Thanner : anno 1.5.0.9
Impressus.